

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

133. Lilium: Ex D. Ambrosio, c. 8. l. 3. Hexam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Sunt & non pauci albi, & purpureis punctis alperis versicolores, quæ coloris varietate, & odoris suauitate, cum rosis de principatu certant.

L I L I V M.
Ex D.Ambrosio, c.8.lib.3.Hexam.

Descriptio CXXXIII.

Considerate lilia agri, quantus sit candor in foliis, quemadmodum stipata ipsa flora ab imo ad summum videantur aspergere, ut Scyphi exprimant formam, ut auri species quædam intus effulgeat, quæ tamen vallo in circuitu floris obsepta, nulli pateat iniuria.

Idem expressum ex Plinio, &c.

Num vero talis est liliæ pulchritudo? num excelsa species? Num maiestate cinctum caput, cuius oneri vix collum sufficit? num argeat orum foliorum striati ordines? num paulatim in latitudinem se explicantes angustæ? num resupina per ambitum labella, num delicatissima, quæ interius sunt filæ? num filorum stantia crocis aureolis capita? num odor, num candor eximius, satis istud, vel me tacent, prædicant? egregio flore digna vestis, cuius viror radiat, fulget purpura, aurum rutilat, crocus accendit, tot enim sunt in lilio colores, ut Theophrastus, Plinius, & Dioscorides naturalis historiae antefignani authores memorant? quin & lilia to-

ta rubentia narcissos vocant, O flos naturæ corculum, & mundi delicium: maecte ista specie, maecte tam vario colorum apparatu. Felix quidem in multis, sed in uno omnium felicissimus, quod præconem habes tuarum laudum, non Apollinem, sed Christum, quie regis magni opulentæ anteposuit.

LILIVM PERSICVM.

Ex Rouillo, l.xv.

Caulis est Lilio Persico ternum cubitorum, quem fusè ambiuat folia ex coeruleo virientia, mucronata, liliis cruentis paria; flores nutantes, nolarum effigie obsoleta purpura nigricant: radix bulbosa, fissa, minimè squammis loricata, albida, aversa parte sessilis, & plana, porrectis subtus obscurè flauentibus.

R O S A.

Ex D.Ambrosio.

Descriptio CXXXIV.

Serrexerat antea floribus immixta tenetis ^{Amb. He.} sine spinis rosa, & pulcherrimus flos sine ^{xad. II.} villa fraude vernabat: Postea spina lepida gratiam floris, tanquam humana speculum præferens vitæ, quæ suauitatem perfunctio-
nis suæ finitimus curatum stimulis sœpe com-
pungat.

V E R.

Ex Theophylacto.

Descriptio CXXXV.

QΙν. Νοτιδεληνα παραπόλιον ἐδάκην
ως ἡδυτέον ζέφυρον ὑποκεντρῷ οὐρανῷ
τοῦς κλεῖδες, τοι κίλαι τὸν ὄρεθεν ἀδεῖ, καὶ
ἀνθετῶν χρονιᾷ, καὶ λειψόν Θεάμνοι. Τα μὲν
γεωργίας ἔργα, τὰ δὲ φύσεως δᾶρα, πάντα
εὐάργυρα σύγενεστης χαμοί, τολενυμφῶν ἀν-
τορούσαν επανεύθματα. Θεοχρίτου γαρ δεῖ.

LIct præterlabentem tiuum transgre-
di: Quam vero suauiter Zephyrus tacito
strepitu mouet ramos, ac frondes: Ad
hæc variæ auium cantiones accedunt, florum
colores, pratorum frutices, partim agriculto-
nis opera, partim natura dona: omnia suauissi-
mo odore fragrantia: terre humores saluberrimi:
Nymphaatum vero sanguinem non laudabo:
requirit enim Theocritum.

Argu-